







1723.

1723, 26

29

29

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE

# PEREGRINIS,

QUAM

RECTORE UNIVERSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,  
VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLIS-  
SIMO ATQVE CONSULTISSIMO,

DOMINO

## CHRISTOPH. IGNATIO DE GVDENVUS, J. V. D.

INSIGNIS ECCLES. COLLEG. S. SEV. CAN. CAP. ET SCHOLAST. EMINENT. AC  
CELSISS. PRINC. ELECTORIS MOGUNT. CONSIL. ECCLESIAST. EJVSDEM-  
QVE PER THVRING. IN SPIRIT. SIGILLIFERO;

ANNVENTE INCLYTO JCTORVM ERFOR-  
DIENSIVM ORDINE

PRÆSIDE

DN. ERNESTO TENZELL, JCTO,

EMINENTISSIMI PRINC. ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO REGIMINIS,  
JVDICII PROVINCIALIS ERFORDIENSIS ASSESSORE, AC DICTÆ CIVITATIS  
CONSULE PRIMARIO, FACVLTATIS IVRIDICÆ  
h. t. DECANO,

### PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IURE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE ADIPISCENDI

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI  
DISPVTABIT

JO. GEORGIVS VOGELIVS, Saltzkottenâ Westph.

NVNC IN SILESIA CVRLE REGIÆ ET JVDICIORVM CIVITATIS VRATIS-  
LAVIENSIS ADVOCATVS,

DIE XI. OCTOBRIS, M DCC XXIII,

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



INSTITUTIO JURISCA HANNOVERENSIS

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES

INSTITUTIONES





ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO

DOMINO

DN. JOAN. ANTONIO  
SCHAFFGOTSCHKE,

SACRI ROMANI IMPERII COMITI ET SEM-  
PER. *Frey*, DE ET IN KYNAST; LIBERO BARONI DE  
TRACHENBERG, DYNASTÆ IN GREIFFENSTEIN, KYNAST,  
ET IN BOBER-ROEHRS- ET SCHOSDORFF, BVCH-  
WALT, BREILSDORFF ET HARTAV,  
&c. &c.

SACRÆ CÆSAREÆ, REGIÆ, ET CATHOLICÆ  
MAJESTATIS ACTVALI INTIMO CONSILIARIO,  
IN DIÆTALIBVS p. t. PRÆSIDI,

ET AD SVPREMAM CVRIAM DVCATVS VTRIVSQVE  
SILESIÆ DIRECTORI,

EJVSDEMQVE CÆSAREÆ MAJESTATIS CAMERA-  
RIO, NEC NON INCLYTORVM DVCATVVM SVIDNI-  
CENSIS ET JAUROVIENSIS CAPITANEO,

SVPREMO HÆREDITARIO AVLÆ PRÆFECTO ET  
JVDICI AVLICO &c. &c.

GLORIOSAM SVB VMBRA ALARVM DEI  
SALVTIS PERENNITATEM.



ILLVSTRISSIME AC EXCELLENTISSIME  
DOMINE DOMINE COMES,

MOECENAS GRATIOSISSIME,



Ub Illustrissimam Umbram  
constanter vernantis gentili-  
tiæ Arboris tuæ modicus In-  
genii mei confugit conatus  
Illustrissime & Excellentissi-  
me Comes, Am ut gratitu-  
dinis debitæ tibi pendat minerval, tum ut fe-  
licius lucis publicæ gloriatur auctariò, miraris  
forsan ab umbrâ lucem emendicari? habent  
hoc Magnates, ut in honorum constituti Me-  
ridie umbram spargant à sanguinis, sapientiæ,  
virtutisque claritate non nisi illustrissimam.  
Numerat Ægyptus inter septem Orbis miracu-  
la eruditò constructas Impendiò pyramides, eò  
quòd incidentem lucem omni à latere sic ex-  
ciperent, ut nullam vicinum in corpus um-  
bram jacerent, non jam gentilitiæ arboris tuæ  
umbram prodigiosam dixerim, sed & te pro-  
digio illi haud absimilem, omni enim à latere  
à Silesiæ Utriusque Tribunalibus ab Urbium  
Cu-



Curiis, à Jurium Areopagis ità lucem excipis, ut  
diem Oculus ille nusquam viderit, qui Excel-  
lentissimam claritatem tuam in Silesiæ Hori-  
zonte nunquam suspexit, quid Silesiam me-  
more? huic secundos induxisti soles, cum pri-  
mùm Supremæ Ejusdem Curiaë Director Phos-  
phorum induxisti, unde quaqua Tuum adhuc  
dum circumagis Oculum, felicior atas, sumit  
auspicia, & hilarior per mortalium frontes sese  
dies explicat, vivitque Silesiæ salus tuâ vitâ,  
tuoque influxu fœcundata, in aureas germinat  
delicias. Coronato insuper Romani Imperii  
Phœbo dum te Intimum Actualem devoves  
Consiliarium, ab ejus folio tantam lucis hau-  
ris copiam, tantam fulgoris Majestatem, ut  
obscurare etiam cum velis, non possis, non  
abludis proindè à prodigiosis Ægypti Pyrami-  
dibus, lucem enim undique ità excipis, ut in  
præsens opusculum meum umbram spargere  
nequeas: sed quod tenebrosum est, radiis tuis  
duntaxat illustres, nec est, quod ungues genti-  
litorum Gryphium tuorum metuat, tanta si-  
quidem est virtus tua, ut etiam feroces domet  
Gryphes, imò & hos iterum Agno societ gen-  
tilitio, hincque evenit, quod Silesia Universa



in te vivum emeritæ virtutis suspiciat exem-  
plum, quin & profapiæ avitæ & serenissimis  
Principibus junctæ Ideam, prudentiæ Regu-  
lam, Curiarum appellet Palladium, quando  
unà sanguinis splendorem in titulos, sapientiæ  
claritatem in gloriam, in decus tuum summa  
quæque advertit conspirâsse, & veri honoris  
ignorat fastos, qui gloriæ tuæ non suspicit fa-  
stigia, Jura prætereà peregrinorum cùm tenuis  
contineat pagella, Jure optimò tibi eam ven-  
dicas, qui jura habes domestica. Patere igitur  
Illustrissime ac Excellentissime Comes, ut sub  
auspicatissima gentilitiæ Arboris tuæ umbra  
hic ingenii mei partus in lucem prodeat, nus-  
quam futurus magis illustris, quàm ubi refle-  
xis animi benevoli radiis fuerit animatus,  
quem cum citrà frontis minium tibi nitere cu-  
pio, in observantiæ tributum, simul gloriæ &  
felicitati tuæ advoveo immortalitatem

ILLUSTRISSIMÆ EXCELLEN-  
TIÆ TUÆ

*humillimus ac devotissimus  
servus*

JOANNES GEORGIUS VOGELIUS.





§. I.



Licet omni in Tractatu prior Verborum habeatur Ratio, Juridica tamen præfertur dicentis mens, & Significatio *l. 7 ff. in fine de suppell. leg. l. 1. ff. de reb. cred.* Quapropter non ipsi Etymologiæ, cum verba rebus deserviant, inhærendum anxie, & peregre profectus cum peregrino confundendus; non enim, de eo qui peregre profectus, & à domo suâ abest, in præsentem tractatur negotium, sed de eo, qui Civis non est.

§. II.

Duplicem autem observare licet in jure peregrinitatem, aliam, quando quis jus Civitatis Romanæ amisit, quæ dici posset Peregrinitas privativa; aliam, quando quis non acquisivit jus Civitatis Romanæ, acquirere tamen potest, quæ vocari posset peregrinitas negativa. vid. *Barbos. Lib. 14. Cap. 27. Axiom. 1. Mollenb. ad Lauterb. Lib. 1. Tit. V. n. 16.* Interim peregrinum in genere si de Jure Romano consideremus,  
com-



comperimus eum liberum quidem, nequaquam autem Civem Romanum, vel sub Imperii Tutela constitutum, *l. sed etsi. 6. §. solemus 2. ff. de Hæred. inst. & exinde Jure Romanò communitio Juris Civilis denegabatur, nec Jus nuptiarum, Patriæ potestatis, Testamentorum, & Successionis competebat, v. l. 6. §. 2. l. 10. §. 6. ff. de in Jus vocando. l. 17. ff. de pœnis l. 1. §. 2. ff. de legat. 3. l. 1. Cod. de Hæred. inst. pr. Inst. de nuptiis.* Si tamen jus naturale & gentium consideremus tutela sui & defensio ei non tantum permessa, sed jure naturæ præcepta. Cæterum non negandum, rem esse maximè controversam, an non peregrini in sensu posteriori, de Jure Romano factionem Testamenti haberint? Latisimè hanc controversiam tractavit *Gilken. ad L. 1. C. de heredit. inst.* utriusque sententiæ Patronos magno numero allegans, qui ad castra tandem affirmantium transit.

§. III.

Sed quicquid sit, adminimum hanc peregrinitatem hodiè vix observari ipsa experientia testatur. vid. *Lauterbach. in Compend. ff. de Statu hominum*, nisi exceperis hos, qui per delictum peregrini facti sunt, veluti bannitos, & proscriptos ab Imperatore & Camera, imò etiam fustigatos cum Relegatione perpetuâ, respectu Provinciæ, undè ejecti sunt, qui etiam ab omni Jure illius excluduntur, ut hinc mortuò Patre filius fustigatus succedere nequeat, *Stryck. Tract. de success. ab intestato disp. 12. c. 1. §. 5. & 6.* bona tamen immobilia vendendi Jus habent *Georg. Beyerus inst. de legit. Tut. ex quo fluit, fustigatos & relegatos ex Silesia,*



fia, cum ex omnibus Provinciis & terris Hæreditariis teste *Brachvogel in collectione privil. Statut. & Sanct. Pragmat. das Herzogthum Schlessen concernirende p. 7. nov. 169. pag. 918.* Relegati sint, successione Jure destituti.

## §. IV.

Matrimonium tamen fustigatorum, relegatorum, quoad Vinculum sec. jus Canonicum non dissolvitur, licet ob adulterium fustigati & relegati fuerint, cum Matrimonium recte initum & consummatum dissolvi nequeat, homo enim non separat, quos pœna condemnat, quos reatus accusat, quos maleficio coarctat, *Can. Quos DEVS XXXIII. Q. 2da* proinde tamen Innocens partem condemnatam sequi non tenetur, nisi intercesserit, vel adulterium remiserit, *vid. D. Michael Heintz Griebner in Diss. de Intercess. Conjugum in delictis carnis, imprimis crimine Bigamia, Carpz. p. 4. cons. 19. defiu. 10.*

## §. V.

Sine delicto peregrinis hodiè Testamenti factionem activam competere docet etiam *Authentica Frederici, omnes peregrini Cod. Commun. de success.* Quam etsi DD. malint loqui de peregrinantibus, in Imperio & Advenis hospitantibus, quod iis liceat Testamentum facere, & eorum ordinatio inconcussa manere debeat, *vid. Brunnem. in d. Avth.* vel si ab intestato in hospicio discesserint, ad hospitem nil perventurum sit, sed bona eorum per manus Episcopi loci hæredibus tradantur, vel piis applicentur causis, *Usus* tamen eum Textum de verè peregrinis explicat, quod &

B

ipsa



ipsum afferit Schilterus Dissert. de Jure peregrinorum § 13. Cum peregrinantes non solum illi, qui nobiscum Imperio sunt subiecti Jure Romano Testamenta condant, hæredes relinquunt, & Juris Romani capaces sint, & permaneant; sed & alii extranei, vid. l. 9. & 11. C. de hæred. inst. Barbosa d. tit. 14. cap. 27. axiom. 1.

§. VI.

Non autem solum valet peregrini Testamentum alibi conditum in loco domicilii, & quoad bona alibi sita, sed etiam in eo de bonis quæ secum habet disponere potest, modò tamen statuta & solennitates loci observentur, ubi Testamentum conditur. *Carpz. p. 3. const. 6 def. 12.* exindè fluit forenses & peregrinos in Urbe Vratislaviensi commorantes obligatos esse, ut vel ipsi Judicialiter in Curia Testamentum deponant, quod secundum stylum Curiaë Ein: ipse vocatur, vel si decumbentes hoc facere nequeant, duos Cives ad se accersant, qui Consulem Regentem exorent, ut Testamenti factionem permittat, qui minus denegat, postmodum per alios duos Cives in sessione exhiberi id faciant, qui jurare debent, se hoc Testamentum ex Testatoris sanæ & integræ adhuc mentis manu ad se recepisse. vid. Art. 5. stat. Vratisl. quod Statutum originem habet à Rege Matthia Anno 1470. & Uladislao Rege Anno 1499. his verbis: Daß daselbst keiner/ er seye Einwohner oder Gast/ quod in personis Nobilioribus qui ob adversam valetudinem aut aliam causam coram senatu comparere nequeunt, restringitur, & per deputationem ex gremio Scabinorum

rum



rum ad Curiam affertur, de cæteris autem Civibus, Mercatoribus, Tribulibus, & hominibus inferioris Conditionis forma antedicta observatur.

§. VII.

Et sicuti modô dictô Testamenti factio activa peregrinis competit, ita passiva non denegatur, ut hæredes institui possint, nec non ut ab intestato Jure sanguinis succedant, nisi contrarium per speciale statutum Provinciæ, vel loci consuetudinem introductum sit, uti & Jure Retorsionis, vel Talionis contra Jus albinatus, Gallosque qui germanos externos ad successiones ab Intestato non admittunt, nisi apud nos Jus Civitatis obtinuerint, utimur, *U. M. ff. s. 2. Quod quisque Juris*, quod & præjudicia in Terris hæreditariis firmant, & in pari casu fisco Hæreditas, vice versâ ut in Gallia tribuitur; Poloni igitur eodem Jure à successione ex Testamento, & ab intestato arcendi essent, cum *Teste Joanne Jacobo de Weingarten in Fasciculo diversorum Jurium lib. 1. p. 3. fol. 155.* proditum sit: Daß die Pohlen keinen aus denen der Cron Böhmen incorporirten Ländern ichtwas sive per testamentum sive ab intestato zu Erben verstatten/ sondern alles ad Regium Fiscum, exceptis donationibus inter vivos & ad causas pias einzichen/ wie dann einem Breslauischen Kauffmann/ Nahmens Teuffel/ wiederfahren/ daß die nach seinem Factoren in Pohlen hinterbliebene Verlassenschaft/ dessen Geschwisteren auf keine weiß hat abgefolget werden wollen, u. s. w. Also ist vice versâ ungeachtet ein Pohle in Ihrer Majest. Erb-Ländern verstürbe/ in jenes Königreich dessen/ oder eines anderen Verlassenschaft nicht abzu-  
B 2
folgen/



folgen/ dann zwar eine Vereinigung zwischen Ihro Majest. Ferdinando, als König zu Böhaim / und Sigismundo Tertio, König in Pohlen / ausgerichtet / so wird doch darinnen von Erbschafften nichts erwehnet. Quod tamen Vratislavia non obtinet, ut videre est in libro speciali, cui Titulus: Frembde Erbschaffts-Fälle/ in quibus libris magnis consignatæ eorum hæreditates, quæ ex Poloniâ in Silesiam, & quidem absque ullo detractu translatae, unde mutuô & pari in Polonos Jure utitur Vratislavia, nec adductum à Domino de Weingarten Exemplum præjudicat, ob singulares enim circumstantias, & formatam à Waczlavitiis hæredibus Craeovia in præfatam Teuffel non exiguam prætensionem, ex quibus constat, Polonos hic liberè testari, & ad hæreditates eosdem admitti.

§. VIII.

Nihilominus tamen Jus detractûs adversus peregrinos & extraneos succedentes, quo certa portio, v. g. decima pars veluti Gabella decerpatur, exercere licet, modo id specialiter per legem statutum, aut consuetudinem introductum fuerit, *Carpz. p. 3. Const. 38. def. 19. n. 1.* Rationem ejus justissimam esse, ut scilicet Magistratus aliquod præteritæ defensionis, & Tributi imminuti habeat Redhositamentum, propugnat *Schilterus Dissert. de Jure peregrinorum §. 41.* qui ibidem monet Vectigal tale hæditarium ab iis, qui sub uno Principe, diversis tamen Curiis degunt, non bene exigi, ea propter sua Sacra Cæsarea & Regia Majestas sub dato den 9. Augusti Anno 1696. Respectu Regni Bohemiæ, & Provinciarum ei incorporatarum ex unâ,

&



& respectu Tyrolis ex alterâ parte Jus omne detractus & Gabellarum inhibuit, ita Anno 1700. d. 15. Martii respectu omnium hæreditariarum Provinciarum Austriacarum sustulit, imò respectu peregrinorum in Inclyto Regno Bohemiæ jus Retorsionis in jus detractus antea exercentes observari & Hæreditates transferri vult *Dominus de Weingarten in Fasciculo diversorum Jurium p. 1. à pag. 153. &c.* præjudiciis firmat, & ita S. C. M. à supremo Appellationum Tribunali Anno 1645 d. 5. Septembr. consultum refert; Vratislavia autem adversus Dantiscum Elbingam, & alia pauca loca Jure detractus, sive detractioe utitur, cum præfatæ Civitates Jus tale in Vratislavienses statuunt.

## §. IX.

Peregrini tamen licet hæreditates iis obtingant, non tamen facilè ad bona immobilia emenda admittuntur, de talis statuti validitate frustra disquiri asserit *Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 2. Art. 5. n. 2. & seqq. V. O. l. ca.* Undè à Ferdinando tercio Gloriosissimæ memoriæ, referente Domino à *Weingarten l. 1. p. 1. pag. 23. sub lit. A. B. C.* in Fasciculo diversorum Jurium constitutum, ut nemo extraneorum in Bohemia, & Moravia bona Provincialia Land. Güter emat, nisi se sufficienter habilitaverit, in Silesiâ extranei sine distinctione pro Possessoribus habilibus bonorum Immobilium, vigore Rescripti Clementissimi Leopoldini non habentur *Brachv. in Collectione privileg. stat. & sanct. Pragmat. das Herzogthum Schlesien concernirende / p. 1. nov. 56. pag. 362.* nisi se sufficienter habilitaverit, & Jus Incolatus, cujus concedendi Jus de Summo Regali Princi-



pis est, ab Augustissimo impetraverint, idem *Brachv.*  
*p. 3. nov. 161. pag 778. & seqq.* Vratislaviæ qui domum  
 vel fundum in Civitate emere desiderat, sive Nobilis  
 sive ignobilis fuerit, Jus Civitatis impetrare debet,  
 quod convenit cum *pos. 7. Georgii Bayeri ff. ad Municip.*

§. X.

Peregrini honorum & munerum in Republicâ  
 capaces non sunt, nisi Cives vel in Civitatem allekti  
 sint, & convenit id ratione Justitiæ Distributiæ *Struv.*  
*Exercit. 1. Th. 20. ff. de just. & jur.* proinde in Imperio  
 Romano Germanico Imperator esse non potest, vid.  
*Cap. Venerab. X. de Elect. & Clem. un. de jurejur.* nisi Illu-  
 stris Germanus natione sit, nec in Silesiâ nostrâ ad  
 Supremi Capitaneatûs honorem secundum Constitu-  
 tionem Uladislai, Regis Palladium Silesiæ dictum eve-  
 hitur, nisi princeps Silesiæ vel ita dictus Ligius sit, &  
 in Advocatis assumendis de Civitate Vratislaviensi  
 notandum: Daß bey sich ereignender Vacanz die Eingez-  
 bohene den Frembden vorgezogen werden sollen. *Dominus*  
*Christophorus Seidelius in observ. pract. de Jur. atque pro-*  
*cess. forens. in Silesia L. 2. c. 3. §. 11.*

§. XI.

Ab Ecclesiasticis quoque muniis peregrinos ex-  
 cludendos suadet *l. n. c. de Episc. & Cler.* cum quo Jus  
 Canonicum in *C. Bone 4. §. intelleximus X. de postul.*  
*præl. Can. nullus invitus dist. 61. & seqq.* concordat: un-  
 de per transactionem Kolovv. *Weingart. L. 2. p. 23. An-*  
*no 1504.* simile cautum in Silesia, & per sanctionem  
 pragmaticam ordinatum neminem ad Canonicatum  
 Cathedralis & Collegiatarum Ecclesiarum prædiis  
 &



& Bonis Provincialibus gaudentium admittendum esse, nisi ante Electionem nominationem, vel præsentationem aut Jus Incolatûs habuerit, vel id debitò modò impetrârit, *Brachv. p. 2. nov. 126. pag. 64.*

§. XII.

De Jure quidem gentium cuilibet & peregrino Commerciorum, id est invicem sibi emendi vendendique Jus permissum, sed cum hoc Juris permissivi, & suprà id Princeps constitutus sit, Jus commerciorum, vel omninò, vel aliqua ex parte exteris denegari potest, ut in bonis immobilibus dictum suprà, & in Republicâ Romanâ obtinuit, ne purpura &c. Vinum, Oleum exportaretur, *tt. Cod. quæ res venire & quæ res exportari non deb. & rubear, vulgò die Färber Rôthe* furculos extra Silesiam non esse exportandos, simile quoque in auro & argento statutum, Mandato Ferdinandi III. gloriosissimæ Memorix de Anno 1638. d. 18. Februarii de Stupa (Flachs oder Werd) non exportanda extra Silesiam, *vid. Brachv. p. 4. pag. 127.*

§. XIII.

Matrimonium quod Jure Romanò justum non inibant Peregrini de Jure Canonico, omnes hodie Christiani & baptizati rectè ineunt *Schamb. Inst. de Nuptiis in princ. & contractus reliqui peregrinis passim & plerumque indulgentur, Teste Bayer. Inst. pag. 11. pos. 18.* cum sint Juris gentium, quod & deportatis salvum manebat. *L. deportatus 15. ff. de interd. & Relegat.* ut exinde de Jure connubiorum cum extraneis non dubitandum



dum sit, nihilò fecius tamen Sacra Cæsarea Majestas per specialem sanctionem Pragmaticam *Brachv. p. 1. n. 56.* cavit, ut mariti peregrini Jus Incolatus nondum habentes, illud intra Annum petant, vel omnis successionis statutariæ, & Testamentariæ conjugum jure privari debeant, quamvis igitur cum extraneis & peregrinis contrahere liceat, & contractus regulariter teneant, tamen Silesiis interdictum obligationes suas exteris præsertim autem Polonis cedere, & Jus suum in eos transferre, *Brachv. p. 1. nov. 7. pag. 117.* Cæterum Polonis vias & flumina publica, nec non Commercium, & negotiationes mutuas per Regna, & Provincias Hæreditarias concessas esse, compactata docent Silesiæ, *Brachv. p. 1. nov. 17. pag. 211.*

§. XIV.

Advena & peregrinus sortitur forum ratione contractus, ibique conveniri potest, modò ibi reperitur & præsens sit, *l. Heres absens 19. in pr. ff. de Judic. & Cap. Romana §. contrahentes de foro compet. in 6to.* obligatur tamen ad consuetudines, & statuta locorum, ubi commoratur, & per quæ transit, *Can. que contra dict. 8. Can. illa dist. 12.* quia leges feruntur Territorio *arg. l. si fundus 6. ff. de evict. L. 1. cod. de Emanc. lib.* Cæterum Vratislaviæ speciale Judicium hospitem, oder das Gast-Recht dictum in favorem peregrinorum introductum quod summarium & extraordinarium est, ubi ad preces Actoris peregrini, concessum Art. 5. *Breslauerische Gerichts-Ordnung/* ut quilibet peregrinus agere possit, ejus ordinationem recenset *Dominus Seidelius l. 1. c. 3. sect. 6. §. 16.*

§. XV.



§. XV.

Vi privilegii Divi Sigismundi Magistratus Vratislaviensis omnes peregrinos, qui animò commorandi Civitatem accedunt, retinere potest, contra quoscunque defendere, & protectionem concedere, & Carolus IV. Imperator privilegium dedit, quod Magistratus Vratislaviensis omnibus & singulis Civibus, qui pro Justitiâ recipienda, vel debitis repetendis, sive quibuscunque aliis causis & actionibus prosequendis ad Vos pervenerint, in hujusmodi causis & actionibus Justitiam & Judicium omni eò modò & ordine faciatis, prout Tempore Illustris Joannis quondam Regis Bohemiæ Dilectissimi Patris nostri Insignis memoriæ facere consuevistis, & sicut ab eò per suas Regias literas vobis extitit hujus Rei faciendæ Authoritas confirmata. Cives tamen Academici Almam Universitatis Leopoldinæ in Album relati foro gaudent privilegiato, & Reçtori suo Magnifico, & Magistratui Academico parent, vid. *Dominum Seidelium lib. 2. c. 2. §. 5.*

§. XVI.

Non solum itaque Magistratus Vratislaviensis peregrinos recipere & defendere potest, sed etiam ex privilegio Matthiæ Regis de Anno 1457. potestatem habet: Daß man zu Breslau umb alle Geld-  
Schuld alda gemacht / alle Bawen / Mann und Weib / im  
Breslaurischen und Neumarchischen und Namslawischen / die  
C  
in



in der Stadt begriffen/ vor Stadt-Recht nehmen/ und ihre Güter aufhalten/ auch die andern gen Breslau/ als den Ober-Gerichts-Stuhl vor Land- oder Mann-Recht laden mögen. Die Recht-Sizer sollen des Rechts wieder Sie helfen; & ex privilegio Uladislai de Anno 1509. Jurisdictiono Magistratus se etiam extendit in Criminalibus, quod omnes in tota Provincia delinquentes: Daß die zu Breslau allen Beschädigern/ Räubern und Dieben/ in allen Fürstenthümern Ober- und Nieder-Schlesiens/ samt ihren Behäuseren/ und Fördern/ mögen nachheilen/ dieselbe suchen/ und mit ihnen gen Breslau führen/ und rechtsfertigen/ gelobende/ daß niemand Hohes oder Niederes/ geistl. oder weltlichen Standes Sie hierinnen hindern noch irren sollen. Imo ante aliquot Annos Scabinatus Vra-tislaviensis ex speciali Rescripto Cæsareo, ceu Judicium delegatum Cæsareum constitutum accisarum, ut Ministris committentibus & delinquentibus, processum inquisitorium formare, sententiamque, quæ tamen præviæ Curia: suprema: insinuanda, salva Appellatione pronunciare possit. Insuper etiam Magistratus laudabiliter introduxit, ut non solum in portis Civitatis omnes Advenæ examinentur, unde locorum veniant, & ubi diversorium in Civitate eligere velint, sed & singulis septimanis quilibet Capitaneorum Civilium, Bürger-Capitains, quorum duodecim constituti sunt, per commentariensem suum, Territorium assignatum revidere, & omnes peregrinos, & hospites nominatenus annotare, & Magistratui edere debent. Sicuti autem ut supra dictum in-

disting-



distinctè Magistratus Vratislaviensis omnes peregrinos honestos in numerum Civium legere potest, ita imprimis de Catholicis est præceptum, per specialem sanctionem d. d. 19. Jan. Anno 1678. *Brachv. part. 2. n. 87.* & cum antea indistinctè admitterentur ad Collegium Mercatorum, præprimis inter Oenopolas, qui Mercaturam antea non exercuerant, vel servitii Annos absolverant, hoc postmodum per specialem Resolutionem Cæsaream d. d. 4. Octobr. Anno 1717. sublatum, *Brachv. part. 3. nov. 180.* Et cum generaliter per sanctionem Pragmaticam d. 13. April. 1717. vid. *Brachv. part. 4. nov. 233.* sit interdictum, ne subditi, five homines proprii in Tribulibus apud opifices sine expressâ concessione Dominorum suorum recipiantur, hoc etiam ad Urbem Vratislaviam extensum esse, per se patet, cum generale prohibitorum omnes teneat; ad Jus peregrinorum etiam pertinent Patentes supremæ Regiæque Curiæ Ducatus utriusque Silesiæ, d. 23. Febr. Anno 1717. *Brachv. nov. 231.* in quibus vid. eundem *part. 3. n. 177.* Ad intentionem clementissimam Cæsaream omnes tam indigenæ, quam peregrini, Manufacturistæ, & fabricantes sub spe privilegiorum ad immunitatem in provinciam invitantur.

S. XVII.

Cum inter peregrinos omnimodò etiam referendi sint Judæi, præprimis ubi Jus civitatis non acquirunt, ut ex privilegiis Pragæ, & in Silesiâ Mega



Glovii & Zülzj, tolerantur tamen Vratislaviæ, olim vi privilegii Regis Ladislai d. Anno 1455. in æternum nullus Judæus domicilium & commercium hic habebat, subsequētib; Temporibus tamen aliter dispositum, dum Carolus IV. Imperator Rex Bohemiæ Anno 1347. Civitati privilegium concederet, ut non modò Judæos recipere, sed & ut Magistratus solùm eos protegere & punire posset. Anno 1678. d. 17. April. Magistratus per publicas patentes statuēbat, ut nullus Judæorum extra solas quatuor Nundinas hic commoraretur, quod & repetitum est in Anno 1694. anno autem 1699. d. 11. Decembr. Sacra Cæsarea Majestas rescripsit: ut Simson Wertheimer etiam hic fundum sive Domum emere & possidere possit, an verò in Effectum deductum fuerit me later.

§. XVIII.

Non una tamen Vratislaviæ eorum est conditio; sunt ex eorum numero aliqui, qui ex speciali privilegio suæ Cæsareæ Majestatis per certum Annorum decursum commorari possunt, cætera plebs vel ex coniventia, vel aliis mihi non notis causis, partim in Civitate commorantur, partim etiam præprimis post Nundinas ejiciendi, interim alibi commorantes, cum commerciis autem præprimis Judæi, ex Vicinâ Poloniâ venientes, quia commercium ex hujus Regni Provinciis ferme omnibus solùm per hos exercetur, sine discrimine Temporis ad Civitatem liberum accessum habent; Cæterum nullam aliam Jurisdictionem,



nem, quam Magistratus Ordinarii agnoscere possunt.

§. XIX.

Utut verò commercium exercent & tolerantur Opificia tamen ipsis interdicta, adeò ut si deprehendantur, ex Civitate ejiciantur nonnulli fragmenta auri, argentique vulgò Pagament, ad Monetam asportant, desuperque specialem concessionem als Münz-Lieferanten / à Sacra Cæsarea Majestate exorant; habent etiam suos Judices compromissarios, hoc tamen partibus consentientibus, qui laudum pronunciant, sed exequi in invitum id nequeunt, nisi Autoritate prætoris, Stadt-Vogt / quod aliquoties factum esse memini, insuper peregrini præprimis tempore nundinarum prætori certum sportularum nomine pretium Wesser-Geld / pendere debent, Testamenta autem sicuti cæteri hospites Christiani apud Magistratum insinuare non possunt, nec recipiuntur.

§. XX.

Restat quod Judæi Glogovienses Exemptionem à Magistratu prætendant, in negotiis & debitis hic non contractis, aut ad solutionem non destinatis, quod scilicet tunc Domum provocare possint, fundant scilicet se in litteris salvi conductus d. 16. Maji Anno 1629. ap. *Brachv. part. 3. no. 146.* & licet in his nihil tale deprehendatur, & extensiva hæc vel violenta interpretatio contra superius allegata Privilegia Civitatis pugnet, nihilominus tamen, cum Anno 1718. d. 12. Julii casus aliquis in contradictorio ventilaretur, pro



Intentione Judæorum à Magistratū fuit pronuncia-  
tum, simile quid Judæi ex vicino Regno Polonia: à  
divo Ferdinando Wien d. 22. Jan. Anno 1657. obtinue-  
runt ad supremam curiam sequentis Tenoris: Hoch-  
gebohrner Dheimb und Fürst/ auch Wohlgebohrne/ Hoch-  
und Wohlgebohrner/ Gestrenge und Ehrenveste/ Liebe Ge-  
treue/ was bey Uns/ die aus Pohlen in Schlessen refugirte  
Juden/ sowohl umb Schus als Zoll/ Mauth und befahren-  
der Execution Willen in Pohlischen Gemeinen und an-  
dern Schulden unterthänigst anbringen und bitten/ das ver-  
nehmen Deine Ebd. und Ihr aus dem Innschluss mit meh-  
ren. Wann Wir Uns dann gnädigst erinnern/ was gestal-  
ten Wir sie in ihrem Exilio ein- und in Schus zu nehmen  
gnädigst befohlen/ dahero dann auch wider die Billigkeit nicht  
beschweren lassen wollen. Als remittiren Wir an Deiner  
Ebd. und Euch dieselben mit gnädigstem Befehl/ das Sie ge-  
dachte Juden in gebührenden Schus nehmen/ keines Orts  
wider Recht und Billigkeit nicht beschweren lassen/ wie Sie  
wegen des Zoll und Mauth anbringen/ solches mit unser  
Schlessischen Cammer communiciren/ und Uns ehst gut-  
ächtl. berichten, wegen der gemeinen und in Pohlen gemach-  
ten Schulden keine Execution verstatten/ sondern die Prä-  
tendenten an Ihre Instanz in Pohlen damit remittiren  
sollen. Deine Ebd. und Ihr werden diesem wohl zu thun  
wissen/ und Wir verbleiben Deroselben und Euch mit Kayserl.  
und Königl. Gnaden wohlgeuogen. Geben in Unser Stadt  
Wien/ den 22. Januarii im 1657sten/ unserer Reiche des  
Röm. im 21. des Hungarischen im 31. und des Böhmischen  
im 30. Jahre.

FERDINAND.

§. XXI.



Supereffent huic materiæ infervientia sed cum hic loci tanquam peregrino sit properandum Telam dissertationis meæ abrumpere cogor, cætera si DEUS vitam & otium concefferit in uberiorem Ratiocinationem rejecturus. Interea DEO optimo Maximo Gratias pendo quàm maximas, pro concessa facultate occasione, omnique favore, ut hocce levidense pensum absolvere potuerim.

F I N I S.

















Erfurt, Diss., 1723


X 2386946











1723.

1723, 26

29  
M 29

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE

# PEREGRINIS,

QVAM

RECTORE VNIVERSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,  
VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLIS-  
SIMO ATQVE CONSULTISSIMO,

DOMINO

## CHRISTOPH. IGNATIO DE GVDENVS, J. V. D.

INSIGNIS ECCLES. COLLEG. S. SEV. CAN. CAP. ET SCHOLAST. EMINENT. AC  
CELSISS. PRINC. ELECTORIS MOGUNT. CONSIL. ECCLESIAST. EIVSDEM-  
QVE PER THVRING. IN SPIRIT. SIGILLIFERO;

ANNVENTE INCLYTO JCTORVM ERFOR-  
DIENSIVM ORDINE

PRÆSIDE

DN. ERNESTO TENZELL, JCTO,

EMINENTISSIMI PRINC. ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO REGIMINIS,  
JVDICII PROVINCIALIS ERFORDIENSIS ASSESSORE, AC DICTÆ CIVITATIS  
CONSULE PRIMARIO, FACVLTATIS IVRIDICÆ  
h. t. DECANO,

PRO LICENTIA

SVM MOS IN VTROQVE IURE HONORES ET PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE ADIPISCENDI  
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI  
DISPV TABIT

JO. GEORGIVS VOGELIVS, Saltzkottenâ Westph.  
NVNC IN SILESIA CVRIÆ REGIÆ ET JVDICIORVM CIVITATIS VRATIS-  
LAVIENSIS ADVOCATVS,

DIE XI. OCTOBRIS, M DCC XXIII.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.